B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

M. TERENTIVS VARRO

SATVRARVM MENIPPEARVM FRAGMENTA

EDIDIT

RAYMOND ASTBURY

EDITIO ALTERA



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMII

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Varro, Marcus Terentius:
Saturarum Menippearum fragmenta / M. Terentius Varro.
Ed. Raymond Astbury. –
2. ed., – Monachii ; Lipsiae : Saur, 2002
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Einheitssacht.: Saturae Menippeae
ISBN 3-598-71236-7

Printed in Germany

Gesamtherstellung: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, Bad Langensalza

Parentibus optimis

PRAEFATIO

DE CODICIBVS

Fragmenta saturarum Menippearum Varronis nobis a plus quam uiginti auctoribus diuersis conseruata sunt. nullo modo igitur potest is qui editionem illorum fragmentorum suscepit codices uniuscuiusque scriptoris inuestigare, sed oportet eum opera eorum qui illos auctores ediderunt niti. primum aliquanto fusius codices Nonii Marcelli, qui multo maximam partem naufragii saturarum collegit, deinde summatim aliorum auctorum codices tractabo.

Nonius Marcellus

Codices Nonii quotquot extant, litteris minusculis carolingicis scripti, omnes ex uno archetypo emanauerunt. propter magnitudinem ille archetypus diuisus erat in tres partes, quarum prima libros I–III, secunda IV, tertia V–XX continebat. quae diuisio etiam in extantibus codicibus uideri potest; nam aliquot librum Nonii totum habent, aliquot tantum unam ex tribus partibus continent; et in eodem codice alia pars ex alio fonte, ex alio alia descripta est.

Codices qui integrum contextum exhibent sunt hi:

Lugdunensis Vossianus F 73, saec. ix, in monasterio S. Martini Tu- **L**
ronensis scriptus; ad restituendam orthographiam antiquam maximi
pretii est; bis correctus est, primum ex codice familiae quae uocatur
C^{A} **D**^{A} (**L**^{2}), deinde ex codice familiae quae uocatur **B**^{A} (**L**^{3}).

Florentinus Laur. xlviii. 1, saec. ix scriptus. libri IV–XX a librario **F**
saec. xv additi sunt et in textu constituendo nullius momenti sunt. libri
I–III ex **L** descripti sunt, tum etiam ex **L** correcti (**F**^{2}), sed postea ex
aliquo bono et deperdito codice correcti sunt (**F**^{3}).

Harleianus 2719, saec. ix–x scriptus. descriptus est ex **F** in libris **H**
I–III, ex *Gen* in libro IV. bis correctus est; primus corrector (**H**^{2}), qui
codice familiae **B**^{A} usus est, etiam indicem marginalem addidit; secundus
corrector (**H**^{3}) codicem nouis glossis marginalibus et lectionibus ex aliquo
bono codice depromptis auxit.

Escorialensis M III. 14, saec. x scriptus. in libris I–II med. descriptus **E**
est ex eodem fonte quo **P**, in libris II med. – III ex **F**, in libro IV ex
codice deperdito qui ipse ex **L** deriuatus est sed ex bono codice correctus
est. in libris IV–XX correctiones ex codice familiae **B**^{A} (**E**^{2}) et marginalem indicem habet.

G Guelferbytanus Gudianus 96, saec. x scriptus, ex exemplari correctus (**G**²). hic codex est aut idem ac 'Victorinus' quo usus est Josias Mercerus aut arte cum eo coniunctus.

P Parisinus 7667, saec. x scriptus. libri II med. – III desunt. in libris I – II med. ex eodem fonte quo **E**, in libro IV ex *Cant* descriptus est. in libris IV – XX correctus est ex codice familiae **B**ᴬ (**P**²).

Septem codices, qui omnes ex eodem fonte fluxerunt, librum III omittunt et contextum reliquorum librorum excerptum habent; differunt tamen in eo quod quattuor, ex fonte **C**ᴬ deriuati, integrum contextum in initio libri I et per libros VI – XX habent, sed librum IV omittunt; reliqui autem tres, ex fonte **D**ᴬ deriuati, ubique (etiam in libro IV) excerpta tantum habent. ex **C**ᴬ descripti sunt:

Paris 7666 Parisinus 7666, saec. x scriptus.

Lugd Lugdunensis Vossianus Q 116, saec. x – xi scriptus.

Bamb Bambergensis M. V. 18 (nunc Msc. class. 30), saec. x – xi scriptus.

Turic Turicense fragmentum C 79 b, saec. x scriptus.

Ex **D**ᴬ descripti sunt hi codices:

Paris 7665 Parisinus 7665, saec. x scriptus.

Bern 347 Bernensis 347, saec. x scriptus.

Bern 357 Bernensis 357, saec. x scriptus.

(hi tres codices, quorum Bernenses librum IV continent, olim unum codicem in bibliotheca Petri Danielis constituerunt).

Montepess Montepessulanus 212, saec. ix – x scriptus.

Oxon Oxoniensis bibl. Bodl. Canonicianus class. lat. 279, saec. x scriptus.

Liber IV solus in his codicibus est:

Gen Geneuensis 84, saec. ix scriptus; habet correctiones et ex codice familiae **B**ᴬ (*Gen*²) et ex aliquo bono codice depromptas (*Gen*³).

B Bernensis 83, saec. x scriptus; hic codex ualde corruptus est et multa omisit.


Cant Cantabrigiensis Mm V 22, saec. ix scriptus. descriptus est ex *Gen* et correctus ex codice familiae **B**ᴬ (*Cant*²).

In omnibus codicibus supra memoratis per imagunculas fragmenta Varronis contuli. multi codices saeculi xv extant, sed nullam causam habeo cur dubitem quin editores recte eos nihil memoratu dignum praestare iudicarint; talibus codicibus usi sunt Nonii incunabulorum editores.


Ex stemmatibus codicum quae subiungo apparebit quomodo codices in quaque parte inter se coniungantur.

In libris I – III igitur textus constituendus est ex his fontibus: i) **L**; ii) **B**ᴬ (= **G** et, in libris I – II med., **PE** et **L**³**H**²); iii) **C**ᴬ **D**ᴬ; iv) **F**³.


In libro IV utendum est his fontibus: i) **L** et **A**ᴬ; ii) **B**ᴬ (= **G** et **H**²**L**³ *Gen*² *Cant*² **P**²**E**²); iii) **D**ᴬ; iv) fons (uel fontes) unde ueniunt nouae lectiones in **E**¹ et correctiones *Gen*³ et **H**³.



Libri I–III (pp. 1, 1–232, 10)



Liber IV (pp. 232, 11 – 421, 8)



Libri V–XX (pp. 421, 10–557, 16)

In libris V–XX textus nititur his fontibus: i) **L** et **A**^A^; ii) **B**^A^ (= **G** et **H**²**L**³**P**²**E**²); iii) **C**^A^ **D**^A^; iv) **H**³.

Qui uult codices Nonii subtilius perscrutari, primum perlegat quae editores Nonii (Gerlach et Roth, Quicherat, Mueller, Onions, Lindsay) in praefationibus explicauerunt, deinde opuscula quorum catalogum iam subiungo:

Baehrens, E., Zur Handschriftenkunde des Florus und Nonius, RhM 30, 1875, 629–630
Bertini, F., Errori nella tradizione manoscritta della Compendiosa doctrina, Studi Noniani I, Genova 1967, 7–66
Brown, J. W., The corrections in the Florence Ms. of Nonius, CR 9, 1895, 396–403, 447–454
Gatti, P., Interpolazioni umanistiche in un codice di Nonio (Vat. Lat. 1554), Studi Noniani VI, Genova 1980, 103–115
Havet, L., Les fautes issues de corrections dans les manuscrits de Nonius, Mélanges Graux, Paris 1884, 803–814
–, Les manuscrits de Nonius Marcellus, grammairien latin de la fin du IIIe siècle, CRAI 4e sér. 13, 1886, 132–135
Lindsay, W. M., On the quotations from old Latin poets in the Escurial Ms. of Nonius Marcellus (M III. 14), CR 4, 1890, 346–347
–, Onions' Nonius Marcellus, CR 9, 1895, 356–358
–, Spätlateinische Randglossen in Nonius, ALLG 9, 1896, 598–599
–, The lost 'codex optimus' of Nonius Marcellus, CR 10, 1896, 16–18
–, Die Handschriften von Nonius Marcellus I–III, Philologus 55, 1896, 160–169
–, Breton and Old French glosses in the Harleian Nonius, Zeitschrift für Celtische Philologie 1, 1897, 26
–, A study of the Leyden Ms. of Nonius Marcellus, AJPh 22, 1901, 29–38
–, The codex Tornaesianus of Nonius Marcellus, CR 15, 1901, 156–157
–, Die Handschriften von Nonius IV, Philologus 60, 1901, 217–228
–, Die Handschriften von Nonius V–XX, Philologus 60, 1901, 628–634
–, Le manuscrit de Cambridge du livre IV de Nonius, RPh 25, 1901, 50–65
–, Sur la provenance de quelques manuscrits de Nonius Marcellus, RPh 26, 1902, 211–212
–, Collations of Mss. of Nonius Marcellus, BPhW 24, 1904, 764
Mazzacane, R., Il codice Gudianus di Nonio Marcello (libb. I–III), Studi Noniani V, Genova 1978, 117–201
Meylan, H., Note sur le ms. de Nonius Marcellus No. 347 de la bibliothèque de la ville de Berne, RPh 8, 1884, 77–78
–, Nonius Marcellus. Collation de plusieurs manuscrits de Paris, de Genève et de Berne. Suivie d'une notice sur les principaux manuscrits de Nonius pour les livres I, II et III par L. Havet, Bibliothèque de l'École des Hautes Études Fasc. 65, Paris 1886
Onions, J. H., Nonius Marcellus de compendiosa doctrina, Harleian Ms. 2719, collated by J. H. O., Anecdota Oxoniensia I, Oxford 1882, 93–153
–, Mueller's Nonius, CR 2, 1888, 314–316
–, L. Mueller's Nonius, Part II, CR 3, 1889, 300–303
–, The Nonius glosses, HSPh 9, 1898, 67–86
Reynolds, L. D., Nonius Marcellus, Texts and transmission. A survey of the Latin classics, Oxford 1983, 248–252
Seebode, J. D. G., Variae lectiones ex cod. Nonii Marcelli Guelpherbyt. depromptae, *in* Friedemann, F. T. et Seebode, J. D. G., Miscellanea maximam partem

critica I, Hildesiae 1822, 175–181, 354–355, 554–562, 669–675; II, Wittenbergae 1823–1827, 623–628
Traube, L., Paläographische Anzeigen III, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 27, 1901, 264–285, praesertim 270 = Kleine Schriften, München 1920, 229–246, praesertim 234
Usener, H., Eine Handschrift Peter Daniels, RhM 22, 1867, 413–421 = Kleine Schriften, Leipzig und Berlin 1913, 145–153

Apparatus criticus plerumque est qui uocatur negatiuus; lector sumat fontes non in apparatu memoratos lectionem quae in textu inueniatur habere; non autem curaui *f* et *ph*, *ae* et *e* et *ę* commutata, nisi alicuius momenti uidebantur, et neglexi si quid in interpunctione a librariis peccatum est. aliquoties, praecipue cum de lectionibus correctorum uel de titulis agatur, perspicuitatis causa apparatu positiuo uti malui.

De Nonio hactenus. quod ad ceteros auctores qui fragmenta Varronis seruant pertinet, tantum indicabo illas editiones de quibus omnes uarias lectiones codicum in apparatu critico memoratas deprompsi. si quis plura de codicibus horum auctorum cognoscere in animo habet, adeat praefationes editionum infra laudatarum. ubicumque in codicibus alicuius auctoris nulla uaria lectio in fragmentis Varronis reperitur, non sigla codicum illius auctoris referam; si tamen codices uariant, sigla infra inuenientur.

Charisius
Ed. C. Barwick, Lipsiae 1925[1]; 1964[2]; de codicibus pp. v–xxvi; cf. etiam quae H. Keil exponit in pp. vii–xxviii tomi I Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1857 [Hildesheim 1961].

Seruius auctus
Ed. G. Thilo et H. Hagen, Lipsiae 1881–1887 [Hildesheim 1961]; de codicibus commentarii in Aeneida pp. xlviii–lix tomi I; de codicibus commentarii in Georgica pp. viii–xvii partis I tomi III. codices adhibiti sunt hi:

in Aeneida: **C** = Cassellanus ms. poet. fol. 6, saec. ix–x
P = Parisinus 1750, saec. x
in Georgica: **L** = Lugdunensis Vossianus O 80, saec. ix–x (continet frr. 560 et 578b)
V = Vaticanus 3317, saec. x–xi (continet frr. 17, 84 et 231)

Priscianus
Ed. M. Hertz in tomis II–III Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1855–1859 [Hildesheim 1961]; de codicibus pp. x–xxiii tomi II; cf. etiam M. Passalacqua, I codici di Prisciano, Roma 1978. codices adhibiti sunt hi:

A = Amienensis 425, saec. ix (continet tantum frr. 19, 31 et 344)
B = Bambergensis M. IV. 12 (nunc Msc. class. 43), saec. ix
D = Bernensis 109, saec. ix
G = Sangallensis 904, saec. ix

H = Halberstadiensis M 59, saec. ix – x
K = Caroliruhensis Aug. cxxxii, saec. ix
L = Lugdunensis B. P. L. 67, saec. ix
R = Parisinus 7496, saec. ix
minusculis litteris alterae manus denotantur.

Macrobius

Ed. J. Willis, Lipsiae 1963; de codicibus pp. vii – x. codices adhibiti sunt hi:

N = Neapolitanus VB 10, saec. ix
D = Bodleianus Auct. T II 27, saec. xi (continet tantum frr. 333 et 341)
P = Parisinus 6371, saec. xi
T = Escorialensis Q I. 1, saec. xv
B = Bambergensis M. L. V. 5 n. 9, saec. ix (continet tantum frr. 20, 333, 341 et 413)
V = Vaticanus Reginensis 1650, saec. x (continet tantum frr. 20, 333, 341 et 413)
Z = Escorialensis E. III. 18, saec. xii – xiii (continet tantum fr. 333)
M = Montepessulanus 225, saec. ix (continet tantum frr. 20, 341 et 413)
R = Vaticanus Reginensis 2043, saec. x
F = Florentinus Laur., plut. 90 sup. 25, saec. xii
A = Anglicus uel Cantabrigiensis, nunc bibl. uniuers. Ff III 5, saec. xii

Eutyches

Ed. H. Keil in tomo V Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1868 [Hildesheim 1961]; de codicibus pp. 442 – 444. codices adhibiti sunt hi:

B = Bobiensis, nunc Vindobonensis 16, saec. vii – viii
P = Parisinus 7498, saec. ix
t = Monacensis 19454 Tegernseensis 1454, saec. xi
f = Monacensis 6416 Frisingensis 216, saec. ix – x

Gellius

Ed. P. K. Marshall, Oxonii 1968; de codicibus pp. v – xx. codices adhibiti sunt hi:

per libros I – VII

β = Buslidensis nunc deperditus, saec. fortasse xii
V = pars prior codicis Vaticani 3452, saec. xiii
P = Parisinus 5765, saec. xii
R = Lugdunensis Gronouianus 21, saec. xii

per libros IX – XX

F = Leoardiensis Prou. Bibl. van Friesland 55, saec. ix
O = Vaticanus Reginensis 597, saec. ix
X = Lugdunensis Vossianus F 112, saec. x
Π = Vaticanus Reginensis 1646, saec. xii
N = Florentinus Bibl. Nat. J. 4. 26, saec. xv
γ = consensus codicum **OX*Π*N** aut quotquot supersunt
Q = Parisinus 8664, saec. xiii
Z = Lugdunensis Vossianus F 7, saec. xiv
δ = consensus codicum **QZ** uel quotquot supersunt
ω = consensus codicum **FOX*Π*NQZ** uel quotquot supersunt

Joannes Sarisberiensis, Policraticus
Ed. C. C. I. Webb, Oxonii 1909; de codicibus pp. x – xvii.

Probus
Ed. H. Hagen in parte II tomi III Seruii Grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentariorum, Lipsiae 1902 [Hildesheim 1961]; de codicibus p. viii. codices adhibiti sunt hi:

V = Vaticanus 2930, saec. xv
P = Parisinus 8209, saec. xv
M = Monacensis 755, saec. xv

Plinius, Historia naturalis
Ed. J. Beaujeu, Paris 1950; de codicibus disseruit A. Ernout in pp. 20 – 33. codices adhibiti sunt hi:

e = Parisinus 6796 A, saec. xiii
a = Vindobonensis 234, saec. xii – xiii
l = Arundelianus 98, saec. xii
d = Parisinus 6797, saec. xiii
q = Parisinus 7701, saec. xiii
p = Pollinganus Monacensis 11301, a. 1459
T = Toletanus, saec. xiii

Caesius Bassus
Ed. H. Keil in tomo VI Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1874 [Hildesheim 1961]; de codicibus pp. 245 – 250. codices adhibiti sunt hi:

A = Vaticanus 3402, saec. xv – xvi
B = Vaticanus 5216, saec. xv – xvi

hoc siglo etiam usus sum:

σ = editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504

Terentianus Maurus
Ed. H. Keil in tomo VI Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1874 [Hildesheim 1961]; de fontibus pp. 315 – 318.

Diomedes
Ed. H. Keil in tomo I Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1857 [Hildesheim 1961]; de codicibus pp. xxix–xl. codices adhibiti sunt hi:
B = Parisinus 7494, saec. ix–x
M = Monacensis, saec. ix
A = Parisinus 7493, saec. ix
hoc siglo etiam usus sum:
σ = editiones interpolatae uel omnes uel plures, e quibus adhibitae sunt hae: editio princeps Veneta Nicolai Iensoni; editio Ioannis Riuii Venetiis a. 1511; editio Ascensiana Parisiis a. 1516; editio Hermanni Buschii Coloniae a. 1523; editio Ioannis Caesarii Coloniae a. 1533.

Porphyrio
Ed. A. Holder, Ad Aeni Pontem 1894 [Hildesheim 1967]; de codicibus pp. vii–x. codices adhibiti sunt hi:
P = Parisinus 7988, saec. xv
M = Monacensis 181, saec. x

Festus
Ed. W. M. Lindsay, Lipsiae 1913 [Hildesheim 1965]; de codicibus pp. iii–xxi.

De dubiis nominibus liber
Ed. H. Keil in tomo V Grammaticorum Latinorum, Lipsiae 1868 [Hildesheim 1961]; de codicibus pp. 567–568. codices adhibiti sunt hi:
M = Monacensis 14252 Emmeramus 252, saec. ix
V = Vindobonensis 89, saec. ix

Athenaeus
Ed. G. Kaibel, Lipsiae 1887–1890 [Stuttgart 1961–1962]; de codicibus uol. I pp. vii–xx.

Appianus
Ed. L. Mendelssohn et P. Viereck, uol. II, Lipsiae 1905; de codicibus pp. iv–viii.

Iulianus
Ed. W. M. Lindsay, Julian of Toledo 'De uitiis et figuris', Oxford 1922; de codicibus pp. 5–6. codices adhibiti sunt hi:
E = Erfurtensis Amplon. 10, saec. ix
F = Floriacensis, Bernensis 207, saec. ix
L = Laurissensis, Vaticanus Pal. 1746, saec. ix

Liber glossarum
Ed. W. M. Lindsay et alii in tomo I Glossariorum Latinorum, Paris 1926 [Hildesheim 1965]; de codicibus pp. 5–7, 10–11. codices adhibiti sunt hi:

A = Mediolanensis (Bibl. Ambr. B 36 inf.), saec. ix
C = Cambracensis (Bibliothèque Communale 693, olim 633), saec. ix
L = Vaticanus Pal. 1773, saec. ix
P = Parisinus 11529 et 11530, saec. ix
T = Turonensis (Bibliothèque de Ville 850), saec. ix
V = Vindocinensis (Bibliothèque de Ville 113 et 113 *bis*), saec. xi
W = Vercellensis (Biblioteca del Duomo 62 I), saec. x

Augustinus, de musica
Ed. J.-P. Migne in tomo 32 Patrologiae Latinae, Parisiis 1861; de codicibus breuissime pp. 1081–1082.

Arnobius
Ed. A. Reifferscheid, Vindobonae 1875 [New York 1968]; de codicibus pp. vii–xii.

Apicius
Ed. M. E. Milham, Leipzig 1969; de codicibus pp. vii–ix, xiv–xv. codices adhibiti sunt hi:
E = New York Academy of Medicine 1 (olim Cheltenham 275), saec. ix
V = Vaticanus Urbinas 1146, saec. ix

Tertullianus, ad nationes
Ed. J. G. P. Borleffs in parte I Q. Septimi Florentis Tertulliani Operum, Turnholti 1954; de codice p. 10. codex adhibitus est hic:
A = Parisinus 1622, saec. ix

Tertullianus, apologeticus
Ed. E. Dekkers in parte I Q. Septimi Florentis Tertulliani Operum, Turnholti 1954; de codicibus pp. 78–84. codices adhibiti sunt hi:
F = codex Fuldensis deperditus
(F) = lectiones editionis Barreanae, Parisiis 1580, ad quas nullas uariantes adducit Franciscus Modius, ut ex eius silentio codici F uideantur adscribi posse
b = Bremensis, Stadtbibliothek C 48, saec. xvi
Recensio uulgata
Triginta sex codices asseruati repraesentant recensionem uulgatam; non est mihi propositum omnes enumerare; hi sunt qui in apparatu critico memorantur:
S = Petropolitanus Lat. I Q. v. 40, saec. ix
P = Parisinus 1623, saec. x
M = Montepessulanus H 54, saec. xi
τ = Volaterranus 298 (5404), saec. xv
y = Gothanus I 55, saec. xiv–xv

Vulg. = consensus codicum Vulgatae recensionis
dett. = codices deteriores Vulgatae recensionis
al. = alii codices inter deteriores

Seneca, apocolocyntosis
Ed. C. F. Russo, Firenze 1966[5]; de codicibus pp. 19–33; cf. etiam P. T. Eden, The manuscript tradition of Seneca's Apocolocyntosis, CQ 29, 1979, 149–161.

DE EDITIONIBVS

Menippearum saturarum fragmenta primus collegit Robertus Stephanus in *Fragmentis poetarum ueterum Latinorum*, quem librum filius Henricus in lucem a. 1564 edidit. haud multo post, a. 1568, Antonius Riccobonus fragmenta collegit in *De Historia commentario*, cuius secunda et aliquatenus recensita editio a. 1579 emissa est. neque Stephanus neque Riccobonus commentarium uel ullas notas addidit. primus fragmenta commentario auxit Ausonius Popma qui a. 1589 *Fragmenta M. Terentii Varronis Satyrarum Menippearum* in publicum dedit, quae editio aliquot mutatis repetita est in *M. Terentii Varronis operum quae extant noua editione*, a. 1601 emissa.

Deinde per plus quam ducentos annos ager saturarum Menippearum paene inaratus mansit; nam *Tabulae naufragii seu Fragmenta auctiora et meliora*, quae adhaerent editioni Varronis a. 1619 et 1623 emissae, nihil aliud praebent nisi textum a Popma constitutum perpaucis uel additis uel mutatis. editio Bipontina a. 1788 edita etiam textum et commentarium Popmae repetiuit, et textus Stephani iteratus est a M. Maittaire in *Operibus et fragmentis ueterum poetarum Latinorum profanorum et ecclesiasticorum* (a. 1713 et 1721) et a P. Amati in tomo quarto *Collectionis Pisaurensis omnium poematum, carminum, fragmentorum Latinorum* (a. 1766).

Tam longo interuallo interiecto a. 1844 nouam editionem suscepit Franciscus Oehler, qui, quamquam non huic operi par erat, nonnulla tamen recte constituit. secutus est eum Alexander Riese qui in editione a. 1861 emissa primus fragmenta apparatu critico auxit et se diligentem atque acutum praebuit. et Oehler et Riese breuem commentarium addidit. in constituendo textu maximam operam contulit Franciscus Buecheler qui a. 1871 iterum libros Satyricon Petronii edidit et in fine addidit textum fragmentorum Menippearum cum perbreui apparatu critico, sed sine commentario uel notis. quae editio Buecheleriana saepe leui mutatione repetita est et post Buecheleri mortem Gulielmus Heraeus editiones quintam et sextam curauit. prima translatio fragmentorum in lucem edita est a Federico Brunetti qui in editione Varronis a. 1874 a P. Canal confecta addidit textum fragmentorum una cum commentario

et uersione italica; textus et commentarius eius nullius momenti sunt, cum temere quae priores inuenerint repetant et uix aliquid nouum praebeant.

Aliquot annos nemo in aciem contra Buechelerum descendere ausus est; a. 1937 tandem Ettore Bolisani in lucem edidit *Varrone Menippeo*, in quo praebuit textum fragmentorum sine apparatu, uersionem italicam et commentarium; non omnino inutilis est hic liber, sed quantulum cumque uirtutis habet in commentario potius quam in textu situm est. textus a Bolisani constitutus in tertio tomo editionis Varronis a. 1965 a F. Semi 'curatae' repetitus est. eodem anno 1937 prodiit in lucem prima uersio anglica fragmentorum, suscepta a Charles Marston Lee in dissertatione doctorali. successor Bolisani extitit Francesco Della Corte, qui multum studium in res Varronianas collocauit et a. 1953 textum saturarum una cum commentario, sed sine apparatu, diuulgauit. paulo antea, a. 1949, emissa est uersio germanica multorum fragmentorum, suscepta ab Otto Weinreich in suo libro *Römische Satiren*, cuius secunda editio in lucem a. 1962 edita est. alteram uersionem germanicam a. 1970 publicauit Werner Krenkel in suo persimili libro *Römische Satiren*.

Nuper J.-P. Cèbe coepit emittere magnam editionem fragmentorum, cuius iam sex fasciculi praesto sunt; suppeditauit textum cum apparatu critico (initio lectiones codicum paene omnino de prioribus editionibus deprompsit, sed iam aliquot codices contulit), uersionem gallicam et commentarium uberrimum; recensui fasciculos huius operis egregii et perbene de Varrone meriti in JRS 63, 1973, 304; CR 29, 1979, 313–314; 31, 1981, 294; 36, 1984, 317–318. denique in appendice libri in quo linguam Varronis in saturis inuestigauit Lucienne Deschamps textum et uersionem gallicam sine apparatu uel notis addidit, et C. M. Christensen in dissertatione magistrali uersionem anglicam plerorumque fragmentorum una cum aliquot notis leuis momenti praebuit.

DE ORDINE FRAGMENTORVM

In constituendo ordine fragmentorum uniuscuiusque saturae editor habet nulla certa indicia nisi quae 'lex Lindsay' praebet. ut rem breuiter exponam, Lindsay, fundamentis a Schneidewin Hertz Riese Schottmueller Schmidt iactis, demonstrauit Nonium Marcellum in componenda Doctrina Compendiosa perlegisse unum et quadraginta fontes (scriptores, glossaria, grammaticos) et ex eis excerpsisse indices uerborum locutionumue eodem ordine quo in fontibus inuenirentur. quibus indicibus usus Nonius mirifica constantia unumquemque librum confecit, eligens ex indicibus quae uocabula idonea uiderentur et ea in paginas suas referens eodem ordine quo in indicibus steterunt; si iterum incidit in

uocem iam antea a se excerptam, nouam citationem priori subiecit. sic per totum librum inuenimus explicationes uocum uel lemmata quae unus pluresue loci scriptorum sequuntur, in quibus illae uoces inueniuntur. ille locus qui primus sub lemmate stat primaria citatio uocatur, ceteri loci citationes secundariae. eandem rationem, eundem ordinem in omnibus libris componendis adhibuit Nonius.

Non autem omnes docti de hac re cum Lindsay consenserunt. Marx in sua editione Lucilii citationes aliquoties inuerso ordine afferri demonstrare conatus est, sed Lindsay et Leo satis bene refutare cauillationes eius temerarias et uix perpensas potuerunt. multis post annis, cum Della Corte in sua *La poesia* de fructu quem editor Menippearum de lege Lindsay caperet disseruisset, Riposati eum uehementer insectatus est; sed eius argumenta, saltem quoad ad legem Lindsay pertinent, nihil agunt nisi arguunt Riposati ipsum nullo modo legem illam animo comprehendisse, id quod maxime mirum est in homine qui editionem libri Varronis qui de uita populi Romani inscribitur suscepisset. nuperrime rem in dubium uocauit Charpin in sua editione Lucilii; nam ille declarat omnia argumenta a Lindsay proposita idcirco reicienda esse, quod in Nonio insint aliquot citationes quae ab illa ratione Nonii quam Lindsay inuenerit discrepare uideantur. sed, ut mihi uidetur, in hac sententia exponenda Charpin nimium illas discrepantias paucissimas aestimat, parum illos locos plurimos qui sine dubio praebent citationes ita dispositas et ordinatas ut Lindsay et alii adducti sint ut quomodo tales dispositiones ortae essent explicare conarentur; minime mirum si textus, semel atque iterum per saecula transcriptus, aliquatenus turbatus est ut aliquoties illa constantia Nonii deficere uideatur; Charpin igitur, si alios ad suam sententiam perducere uult, rem multo copiosius exponere debebit.

Alii autem animum intenderunt ad legem Lindsay amplificandam potius quam ad refutandam. docti quidem erant qui, priusquam Lindsay de re disputauisset, inuestigarent quomodo et quibus grammaticis ueteribus in Compendiosa Doctrina componenda Nonius usus esset, et postea in hac re industriam collocauerunt Jeep et Strzelecki. nimirum haec quaestio ualde difficilis est, et quod permulti ex libris qui ad rem pertinent iamdudum perierunt et quod in hac re ratio legis Lindsay habenda est. satis tamen constat Nonium materiam ex ueteribus grammaticis deprompsisse, sed nondum demonstratum est quomodo, lege Lindsay seruata, hoc factum sit.

Nuper Krenkel multum operae et laboris in hac re consumpsit. primum omnibus locis in quibus sub uno lemmate duae citationes eiusdem operis inueniuntur, quorum alter uerbis *idem in eodem* uel sim. affertur, diligenter examinatis demonstrauit ueri simillimum (non tamen certum) esse ordinem citationum huius generis in Nonio eundem esse ac in opere

ex quo depromptae essent. deinde conatus est comprobare duo fragmenta ex eodem libro Luciliano excerpta, quae 'nehmen wechselseitig aufeinander Bezug oder gehören unverkennbar zu einem irreversiblen Handlungsablauf' et in eadem pagina Nonii citentur, in Lucilio eundem ordinem ac in Nonio habuisse. sed plerumque utrum fragmenta operis iam perditi uere 'nehmen wechselseitig aufeinander Bezug oder gehören zu einem irreversiblen Handlungsablauf' an non mera coniectura nititur atque uix pro certo sciri potest. non existimo coniecturas cuiusuis docti pro lege habendas esse.

In sua editione Lucilii Krenkel studium in lege Lindsay latius adhibenda, uel potius in lege Krenkel promulganda, collocauit, qua ex lege iam de saturis Menippeis quaestionem habere coepit. sed illa lex, quam White iam subtiliter castigauit, est, ut opinor, antiquanda; nam series citationum, quibus Krenkel ad legem nouam defendendam nititur, non modo fortuitae sunt sed etiam legi Lindsay repugnant. priusquam igitur Krenkel doctis suam legem ratam esse persuadere poterit, oportebit eum explicare quomodo tales series citationum oriri potuerint et demonstrare totam Compendiosam Doctrinam legi parere.

Restat ut indicemus quid ex lege Lindsay de ordine fragmentorum uniuscuiusque saturae cognoscere possimus. ubicumque sub duobus pluribusue lemmatibus continuis primariae citationes ex eadem satura deriuantur, sequitur ut illa fragmenta eundem ordinem habuerint atque in Nonio. eodem modo ubicumque sub uno eodemque lemmate inuenimus aut citationem primariam et citationem secundariam aut duas secundarias citationes continuas ex eadem satura sumptas, ex hoc ordinem fragmentorum in Nonio eundem esse atque in satura colligere possumus. notandum est autem non posse comperiri quanto interuallo aliud ex fragmentis ita dispositis ab altero segregetur. nunc uolo exponere ea quae citationum apud Nonium dispositio de uero ordine fragmentorum saturarum Menippearum docet.

Non. p. 46–47	Agatho	fr. 13 post fr. 6
448	Bimarcus	54 post 59
180		56 post 50
27	*Ἑκατόμβη*	98 post 99
480	Eumenides	128 post 152
		129 post 128
49		133 post 132
152–153		146 post 143
451–452		156 post 144
452		161 post 156
153		164 post 146
47	*Γεροντοδιδάσκαλος*	185 post 184
		187 post 185
86		193 post 182
140	*Γνῶθι σεαυτόν*	205 post 200
47	Hercules tuam fidem	213 post 216

106	Lex Maenia	236 post 235
133	Manius	260 post 256
451	Marcipor	269 post 276
46		271 post 270
79		272 post 274
46		275 post 271
451		284 post 269
176	Modius	312 post 304
55		321 post 315
100–101	*Ὄνος λύρας*	352 post 351
79–80		358 post 362
56		363 post 367
26	Papia papae	378 post 379
		379 post 381
48–49	Sesqueulixes	480 post 475
86	Sexagesis	487 post 494
167		504 post 488
248	*Ταφὴ Μενίππου*	519 post 517
152		523 post 535
48		529 post 524
		531 post 529

Quidquid aliud a doctis de ordine fragmentorum adumbratum est coniecturis nititur. necesse est eum qui tales coniecturas proponat eas argumentis rationibusque firmare; cum in editione nullo commentario instructa hoc non fieri possit, mihi propositum est seruare illum ordinem fragmentorum a Buechelero constitutum, secundum quem fragmenta a uiris doctis citari solent. concordantia in fine posita ordines ab aliis editoribus constitutos indicabit.

Subiungo indicem eorum operum quae de lege Lindsay et de fontibus Nonii Marcelli tractant:

Astbury, R., Misapplication of the 'lex Lindsay' on Nonius Marcellus, Hermes 102, 1974, 625–627

Charpin, F., Lucilius Satires Tome I, Paris 1978, 55–62

Della Corte, F., La poesia di Varrone Reatino ricostituita, MAT 69, 2, 1937–1939, 1–102

–, La lex Lindsay su Nonio Marcello, Aeuum 16, 1942, 57–68

–, La lex Lindsay e i frammenti di Varrone, Varrone il terzo gran lume Romano, Genova 1954, 321–377

–, Le due sorgenti cui attinge Nonio, Studi Noniani VI, Genova 1980, 63–82

Froehde, O., De Nonio Marcello et Verrio Flacco, Diss. Berlin 1890

–, Zur Kommentartheorie bei Nonius, Beiträge zur Bücherkunde und Philologie August Wilmanns gewidmet, Leipzig 1903, 265–276

Hertz, M., A. Gellius und Nonius Marcellus, JA 85, 1862, 705–726, 779–799, 872 = Opuscula Gelliana, Berlin 1886, 85–146

Jeep, L., Priscianus, Philologus 67, 1908, 12–51

Kettner, H., Kritische Bemerkungen zu Varro und lateinischen Glossaren, Progr. Halle 1868, 16–24

Krenkel, W., Idem in eodem bei Nonius, WZ Rostock 12, 1963, 241–248

–, Irreversibles bei Lucilius, WZ Rostock 15, 1966, 479–483

Krenkel, W., Lucilius Satiren I, Berlin/Leiden 1970, 31–39
–, Varroniana III. Die Anordnung von Men. 516–539B, WZ Rostock 22, 1973, 165–171
Leo, F., (recensio), GGA 168, 1906, 837–861, praesertim 838–841
Lindsay, W. M., Nonius Marcellus' dictionary of Republican Latin, Oxford 1901 [Hildesheim 1965]
–, De fragmentis scriptorum apud Nonium seruatis, RhM 57, 1902, 196–204
–, The emendation of the text of Nonius, CR 16, 1902, 46–52
–, De citationibus apud Nonium Marcellum, Philologus 64, 1905, 438–464
–, Marx's Lucilius, CR 19, 1905, 271–272; 20, 1906, 63–65
Marx, F., C. Lucilii carminum reliquiae, Lipsiae 1904–1905 [Amsterdam 1963], I, lxxviii–cvi; II, viii–xxii
Mueller, L., Noni Marcelli compendiosa doctrina, Lipsiae 1888, II, 249–256
Nettleship, H., Verrius Flaccus, AJPh 2, 1881, 1–19 = Lectures and essays on subjects connected with Latin literature and scholarship, Oxford 1885, 222–247
–, Nonius Marcellus, AJPh 3, 1882, 1–16, 170–192 = Lectures and essays on subjects connected with Latin literature and scholarship, Oxford 1885, 277–321
Riese, A., Über die Doppeltitel Varronischer Satiren, Symbola philologorum Bonnensium in honorem Friderici Ritschelii collecta, Lipsiae 1864–1867, 479–488
Riposati, B., Sulla poesia di Varrone, Aeuum 15, 1941, 241–269
Rychlewska, L., Quaestiones Nonianae, Tragica II (Trav. de la Soc. des Sciences et des Lettres de Wrocław, Ser. A, 54), Wrocław 1954, Append. 117–141
Schmidt, P. W., De Nonii Marcelli auctoribus grammaticis, Lipsiae 1868
Schneidewin, F. W., (recensio), GGA 105, 1843, 697
Schottmueller, A., Über die Bestandtheile des ersten Capitels des Nonius Marcellus, Symbola philologorum Bonnensium in honorem Friderici Ritschelii collecta, Lipsiae 1864–1867, 809–832
Strzelecki, W., Zur Entstehung der Compendiosa Doctrina des Nonius, Eos 34, 1932–1933, 113–129
–, Nonius Marcellus (38), RE 17, Stuttgart 1936, 882–897
–, De Flavio Capro Nonii auctore, Polska Akademia Umiejętności, Rozprawy Wydziału Filologicznego T. LXV Nr. 3, Kraków 1936
–, Ein Beitrag zur Quellenbenutzung des Nonius, Aus der altertumswissenschaftlichen Arbeit Volkspolens (Schr. der Sekt. für Altertumswiss. der Deutschen Akad. der Wiss. zu Berlin 13), Berlin 1959, 81–90
White, D. C., A new edition of Lucilius, CPh 68, 1973, 36–44
–, The method of composition and sources of Nonius Marcellus, Studi Noniani VIII, Genova 1980, 111–211

DE SATVRIS AGNOSCENDIS

Ex catalogo operum Varronis ab Hieronymo confecto cognoscimus Varronem scripsisse non modo saturarum Menippearum libros CL sed etiam IV libros saturarum. saturae Menippeae prosam orationem et uersus miscuerunt; ueri simile autem est saturas quae uocantur Luciliano charactere fuisse et e meris uersibus constitisse. sed uix operae pretium est conari seiungere fragmenta saturarum, si quae sint, a fragmentis saturarum Menippearum. hoc loco igitur solum disputabitur quae fragmenta saturis utriusque generis tribuenda sint.

Tituli qui ad saturas Menippeas expressis uerbis referuntur sunt hi: *Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς* (Macr. Sat. 3, 12, 5–6; idem opus tantum 'satura' a Prisc. gramm. II 231–232 uocatur); De officio mariti (Gell. 1, 17, 4); *Ἱπποκύων* (Gell. 3, 18, 5); Nescis quid uesper serus uehat (Gell. 13, 11, qui 1, 22, 4 idem opus tantum 'saturam' appellat); *Σκιαμαχία* [*περὶ τύφου*] (Gell. 13, 23, 4); et *Ὑδροκύων* (Gell. 13, 31); licet addere fr. 585 (Macr. Sat. 5, 20, 13). hi tituli dicuntur esse saturarum, nullo epitheto addito: De salute (Seru. auct. georg. 2, 336); Ecdemeticus ('liber saturarum' teste Gellio 19, 8, 17; uide quae de hoc opere disserui in RhM 120, 1977, 183–184); *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες* (Gell. 7, 5); Flaxtabula et Sesqueulixes (Plin. nat. praef. 24); *Περὶ ἐδεσμάτων* (Gell. 6, 16; 15, 19, 2); *Περὶ κεραυνοῦ* (Macr. Sat. 3, 12, 2); et Testamentum [*περὶ διαθηκῶν*] (Gell. 3, 16, 13); licet addere fr. 584 (Prisc. gramm. II 487).

Lindsay demonstrauit inter fontes quibus usus esset Nonius in Compendiosa Doctrina componenda fuisse tres libros qui saturas Varronis continerent. fons qui uocatur 'Varro i' continebat has saturas, quae habent aut titulum cuius prima littera est P aut secundum titulum a *περί* incipientem, hoc ordine:

1) *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων*
2) *Ἔχω σε, περὶ τύχης*
3) *Περὶ ἐξαγωγῆς*
4) Mutuum muli scabunt, *περὶ χωρισμοῦ*
5) *Ἀνθρωπόπολις, περὶ γενεθλιακῆς*
6) Marcopolis, *περὶ ἀρχῆς*
7) Cycnus, *περὶ ταφῆς*
8) *Σκιαμαχία, περὶ τύφου*
9) Synephebus, *περὶ ἐμμονῆς*
10) *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας*
11) *Ἀλλ' οὐ μένει σε, περὶ φιλαργυρίας*
12) Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*
13) Pseudulus Apollo, *περὶ θεῶν διαγνώσεως*
14) *Κοσμοτορύνη, περὶ φθορᾶς κόσμου*
15) Gloria, *περὶ φθόνου*
16) Flaxtabula, *περὶ ἐπαρχιῶν*
17) Testamentum, *περὶ διαθηκῶν*
18) *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν*
19) *Περίπλους*
20) Octogessis, *περὶ νομισμάτων*
21) ? Serranus, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν*
22) ? *Ἕως πότε, περὶ ὡρῶν*
23) Desultorius, *περὶ τοῦ γράφειν*
24) ? Deuicti, *περὶ φιλονικίας*
25) Prometheus liber
26) *Περὶ κεραυνοῦ*
27) Tithonus, *περὶ γήρως*
28) Est modus matulae, *περὶ μέθης*
29) ? Epitaphiones, *περὶ τάφων*
30) *Τριοδίτης τριπύλιος, περὶ ἀρετῆς κτήσεως*
31) ?? Triphallus, *περὶ ἀρρενότητος*

32) ? *Περὶ αἱρέσεων*
33) ?? Vinalia, *περὶ ἀφροδισίων*

uix dubium est quin hae saturae quoque propter tituli indolem fonti 'Varro i' ascribendae sint:

34) Aborigines, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως*
35) Columnae Herculis, *περὶ δόξης*
36) Caprinum proelium, *περὶ ἡδονῆς*
37) *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας*

'Varro ii' continebat has saturas hoc ordine:

1) Marcipor
2) Andabatae
3) Lex Maenia
4) Mysteria
5) Agatho
6) Quinquatrus
7) Endymiones
8) Virgula diuina
9) *Γεροντοδιδάσκαλος*
10) Parmeno
11) Hercules tuam fidem
12) Meleagri
13) *Ταφὴ Μενίππου*
14) Sesqueulixes
15) Hercules Socraticus
16) Sexagesis
17) *Γνῶθι σεαυτόν*

'Varro iii' tantum quattuor saturas continebat, hoc ordine:

1) Bimarcus
2) Manius
3) Modius
4) *Ὄνος λύρας*

Ex operibus in 'Varro i' quattuor uel 'saturae Menippeae' uel 'saturae' ab aliis auctoribus nuncupantur; sequitur igitur ut omnia opera in 'Varro i' saturae Menippeae sint. quod pertinet ad 'Varro ii', Sesqueulixes satura a Plinio appellatur; sequitur ut omnia opera in 'Varro ii' saturae sint; cum paene omnes hae saturae prosimetrum exhibeant, colligendum est eas esse re uera saturas Menippeas. eodem modo, cum opera in 'Varro iii' fragmenta pedestria cum poeticis contineant et cum solae ex operibus Varronis saturae Menippeae sic compositae esse uideantur, ueri simillimum est ea quattuor opera etiam esse saturas Menippeas.

Gellius nos docet alios appellauisse saturas Menippeas 'cynicas'; licet conferre tales inscriptiones quales *Ἱπποκύων*, *Ὑδροκύων*, *Ταφὴ Μενίππου* et frr. 281, 314, 469, 516, 517, 542; non sine causa igitur editores inter

saturas Menippeas rettulerunt et illa opera quae in inscriptione cynicorum mentionem habent (Cynicus, Cynodidascalicus, *Κυνίστωρ*, *Κυνορήτωρ*, fortasse etiam Caue Canem) et Dolium aut Seria et †Postumi cui Seplasia fetet†, quae opera Probus uidetur attulisse 'in Cynicis', et fr. 582, in quo Varro a Tertulliano uocatur *Romani stili Diogenes* et *Romanus cynicus*.

Multi tituli saturarum Menippearum constant ex prouerbiis (e. g. *Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς*, *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες*, Est modus matulae, Mutuum muli scabunt, etc.); cum nulla alia opera Varronis habeant titulos huius generis, licet concludere omnia opera talibus titulis praedita esse saturas Menippeas, i. e. Age modo, Caue canem, Cras credo hodie nihil, Idem Atti quod Tetti, Longe fugit qui suos fugit, Pransus paratus, Sardi uenales (notandum est quoque et prosam et uersus inueniri in Age modo et Longe fugit qui suos fugit).

Varro etiam pseudotragoediarum libros VI composuit, et aliquot tituli extant (Aiax stramenticius, Armorum iudicium, Catamitus [qui liber 'Varronis Menippei' ab Eutyche affertur, sed non necesse est ideo inter saturas Menippeas eum referre, cf. Riese 32 n. 2], Oedipothyestes, Pseudaeneas) qui haud absoni a tragoedia esse uideantur, quamquam oportet meminisse Eumenides et Prometheus liber esse saturas Menippeas. indoles pseudotragoediarum ualde incerta est, sed si, ut inter plurimos constat, tantummodo uersibus conscriptae sunt, illa fragmenta quae prosario sermone composita sunt a pseudotragoediis segreganda et saturis Menippeis assignanda sunt, i. e. Aiax stramenticius, Armorum iudicium, Oedipothyestes. et cum nullum fragmentum pseudotragoediae certe nobis conseruatum sit, dubitanter etiam Catamitus et Pseudaeneas saturis uindicare ausus sum.

Sunt qui referant illam inscriptionem corruptam Pappus aut Index inter logistoricos, qui duobus titulis insigniti sunt, quorum primus est proprium nomen, alter argumentum latino sermone expressum, e. g. Curio de deorum cultu. nimirum autem parum dignitatis uidetur inesse in Pappo, illo sene derisissimo, qui nomen praebeat serio dialogo philosophico et historico; Pappo locus multo aptior in satura inuenitur.

Restant pauci tituli (Baiae, *Λογομαχία*, *Τρικάρανος*) qui non certe inter saturas referri possunt, sed uix adscribendi aliis operibus Varronis et ideo tutius recipiendi quam excludendi sunt.

Haec iam de inscriptionibus; supersunt etiam multa fragmenta Varronis uel nullo opere citato uel inscriptione dubia conseruata. quot ex eis saturis tribuenda sunt? res ualde dubia est, et inter fragmenta saturarum incertarum collocaui omnia quae huc referenda uidentur quacumque de causa, uel quod sunt poetica uel iocosa uel quidem talis indolis qualis saturae idonea uideatur. in appendicem ea fragmenta quae alii editores – haud recte, ut mihi uidetur – receperunt relegaui.

DE ORTHOGRAPHIA

Orthographiam codicum, praecipue L[1] cui maximam auctoritatem in hac re tribuendam censeo, plerumque secutus sum; cum codices ipsi non sibi constarent, non dubitaui eorum inconstantiam seruare et crimen inaequalitatis aequo animo subire; in apparatu critico, meris quisquiliis praetermissis, sedulo uarietates orthographicas codicum adnotaui.

DE METRIS

Postquam Roeper inuitis Musis omnia fragmenta Menippearum esse poetica demonstrare conatus est, multi uiri docti, praecipue Vahlen Mueller Riese Buecheler, ut inuestigarent utra fragmenta poetico, utra pedestri sermoni adscribenda essent, operam dederunt. itaque hodie de metris paene omnium fragmentorum inter doctos constat; tantum in illis fragmentis quae aliquo modo corrupta sunt etiam nunc dissensio oritur. in apparatu critico fragmentorum poeticorum memoraui illos doctos qui primi metrum uniuscuiusque fragmenti agnoscere potuerunt; indices in fine positi non modo exponunt quae metra in quibus fragmentis inueniantur sed etiam omnes conatus metri instituendi in unoquoque fragmento per saecula factos referunt.

Dublini m. Augusto a. MCMLXXXIII R. A.

PRAEFATIO ALTERIVS EDITIONIS

Mendas aliquot correxi, nouas lectiones et libros nouos addidi, concordantiam numeris fragmentorum editionis a Cèbe paratae suppleui.

Dublini m. Nouembre a. MMI R. A.

LIBRORVM CONSPECTVS

qui uel in apparatu critico adferuntur uel ad interpretationem fragmentorum pertinent. opera sine scriptoris nomine emissa in fine ponuntur. ephemeridum compendiis usus sum quibus Marouzeau in opere quod 'L'Année Philologique' inscribitur.

Praesto sunt hi bibliographorum indices:

Anderson, W. S., Recent work in Roman satire (1937–1955), CW 50, 1956–1957, 33–40

–, Recent work in Roman satire (1962–1968), CW 63, 1969–1970, 181–194, 199, 217–222

–, Recent work in Roman satire (1968–1978), CW 75, 1981–1982, 273–299

Cardauns, B., Bibliographie Varronienne (ouvrages parus depuis 1950), Entretiens sur l'antiquité classique IX: Varron, Genève 1963, 209–212

–, Stand und Aufgabe der Varroforschung (mit einer Bibliographie der Jahre 1935–1980), Wiesbaden 1982

Galimberti Biffino, G., Rassegna di studi Varroniani dal 1974 al 1980, Rieti 1981

Hertzberg, W. A. B., Jahresbericht über die lateinischen Dichter (mit Ausnahme der Scenici und des Horatius), Philologus 2, 1847, 533–592

Mercklin, L., Die Varronische Litteratur seit dem Jahre 1826, Philologus 13, 1858, 683–751

Mras, K., Bericht über die Literatur zu Varro aus den Jahren 1898–1908, JAW 143, 1909, 63–111

–, Bericht über die Literatur zu Varro aus den Jahren 1909–1918, JAW 192, 1922, 64–108

Riese, A., Die Varronische Litteratur seit dem Jahre 1858, Philologus 27, 1868, 286–331

Riposati, B., et Marastoni, A., Bibliografia Varroniana, Milano 1974

Acidalius, V., In Q. Curtium animaduersiones, Francofurti ad Moenum 1594

–, In comoedias Plauti quae exstant diuinationes et interpretationes, Francofurti 1607

Aldina = editio Nonii Marcelli, *in* Perottus, N., Cornucopia siue linguae Latinae commentarii, Venetiis 1513

Aldina (Prisc.) = Prisciani grammatici libri omnes, Venetiis 1527

Alfonsi, L., Intorno alle Menippee di Varrone, RF 30, 1952, 1–37

–, Qua = quatenus, Aeuum 32, 1958, 387

–, Il proverbio di Aristoph. Nub. 1417 e la sua diffusione nel mondo latino, Dioniso 44, 1970, 7–9

–, Uno spunto pitagorico in Varrone: 'Ogni età ha il suo ruolo', GIF 24, 1972, 118–119

–, Le 'Menippee' di Varrone, Aufstieg und Niedergang der römischen Welt I 3, Berlin 1973, 26–59

–, Varia, GIF 30, 1978, 294–297

Anderson, W. B., Some 'vexed passages' in Latin poetry, CQ 5, 1911, 181–184

Astbury, R., Varroniana, RhM 120, 1977, 173–184

–, Sexagesis – Varro's Rip Van Winkle satire, Hetairos 2, 1977, 7–11, 25

Baehrens, E., Kritische Satura, JA 105, 1872, 353–365

–, Zu Varros Saturae Menippeae, RhM 27, 1872, 490–491

Baehrens, E., Miscellanea critica, Groningae 1878, 15–17
Barabino, G., I tentativi metrici di Gottlieb Roeper, Studi Noniani II, Genova 1972, 7–32
Barbarus, H., Castigationes in Plinium castigatissimae, Romae 1492
Barillari, M., Studi su la satira latina, Messina 1890, 44–63
Barthius, C., Aduersariorum commentariorum libri LX, Francofurti 1624
–, P. Papinii Statii quae exstant, Cygneae 1664
Bauer, J. B., Negat nescisse (Varro Men. 45). Zur doppelten Negation, Mnemosyne 13, 1960, 244–245
Baumstark, A., Varro und Seneca, Philologus 18, 1862, 543–549
Becker, J., Zu Festus s. u. Querquetulanae, Philologus 3, 1848, 761–764
Benda, J. F., The tradition of Menippean satire in Varro, Lucian, Seneca and Erasmus, Diss. The University of Texas at Austin 1979
Bentinus = editio Nonii Marcelli, *in* Perottus, N., Cornucopia siue linguae Latinae commentarii... et in hos omnes castigationes... opera M. Bentini, Basileae 1526
Bentley, R., Epistola ad Jo. Millium, *in* Chilmead, E., Joannis Malalae historia chronica, Oxonii 1691
–, Q. Horatius Flaccus, Cantabrigiae 1711
–, P. Terentii Afri comoediae, Cantabrigiae 1726
–, uide etiam Zangemeister
Bergk, T., Philologische Thesen, Philologus 14, 1859, 388–391 = Kleine philologische Schriften II, Halle a. S. 1886, 735–738
–, Emendationes Catullianae, Ind. schol. hib. Halae 1863/1864
–, Zu den lateinischen Komikern, JA 101, 1870, 823–846 = Kleine philologische Schriften I, Halle a. S. 1884, 379–421
–, Kritische Bemerkungen zu den römischen Tragikern, Philologus 33, 1874, 249–313 = Kleine philologische Schriften I, Halle a. S. 1884, 319–378
Bignone, E., Le «Satire Menippee» di Varrone, Studi di Filosofia Greca. Pubblicazione in onore di Rodolfo Mondolfo per il suo 70^{0} compleanno, Bari 1950, 321–344
Bipontina = M. Ter. Varronis de lingua Latina libri qui supersunt cum fragmentis eiusdem. Accedunt notae Antonii Augustini, Adriani Turnebi, Josephi Scaligeri et Ausonii Popmae, Biponti 1788
Birt, T., Das antike Buchwesen in seinem Verhältniss zur Literatur, Berlin 1882
Boissier, G., Étude sur la vie et les ouvrages de M. T. Varron, Paris 1861
Bolisani, E., Prolegomeni ad una nuova edizione delle Menippee di M. T. Varrone, AAPat 52, 1935–1936, 103–153
–, Varrone Menippeo, Padova 1936
–, Quatenus Horatius Varronis Menippei sectator haberi possit, AIV 96, 1936–1937, 357–378
–, Quid Varro Menippeus de mulieribus ac matrimonio senserit, Padova 1938
–, L'«antiquus animus» di Livio e di Varrone, AAPat 54, 1938, 37–60
Boot, I. C. G., Ad A. Gellii Noctes Atticas, Mnemosyne 15, 1887, 283–289
Boyancé, P., Les «Endymions» de Varron, RÉA 41, 1939, 319–324 = Études sur la religion romaine, Rome 1972, 283–289
Brakman, C., Varroniana, Mnemosyne 59, 1932, 422–426; 60, 1933, 1–19
Broukhusius, J., Albii Tibulli ... quae exstant, Amstelaedami 1708
–, Coniecturae manuscriptae in MS D'Orville 505 (= Auct. X. 2. inf. 2. 4) in Bodleian Library, Oxford
Brunetti, F. A., M. Terenzio Varrone. Libri intorno alla lingua Latina riveduti, tradotti, annotati da P. Canal. Frammenti tradotti e annotati da F. A. B., Venezia 1874
Buecheler, F., Coniectanea critica, RhM 13, 1858, 573–604 = Kleine Schriften I, Leipzig 1915 [Osnabrück 1965], 117–140

Buecheler, F., Bemerkungen über die Varronischen Satiren, RhM 14, 1859, 419–452 = Kleine Schriften I, 169–198
–, Coniectanea critica, RhM 15, 1860, 428–457 = Kleine Schriften I, 217–244
–, Ein Varronischer Satirentitel, RhM 19, 1864, 475 = Kleine Schriften I, 508
–, Über Varros Satiren, RhM 20, 1865, 401–443 = Kleine Schriften I, 534–580
–, Zu Varros Satiren, RhM 21, 1866, 299–300 = Kleine Schriften I, 612–613
–, Petronii Satirae et liber Priapeorum. Iterum edidit F. B. Adiectae sunt Varronis et Senecae satirae similesque reliquiae, Berolini 1871; Tertium edidit, Berolini 1882, 1895; Quartum edidit, Berolini 1904; Editionem quintam curauit G. Heraeus, Berolini 1912; Editionem sextam curauit G. Heraeus, Berolini 1922, 1958
–, Attisch-römische Ephebenbezeichnung, RhM 48, 1893, 631–632 = Kleine Schriften III, Leipzig 1930 [Osnabrück 1965], 218–219
Burmannus, P., Anthologia ueterum Latinorum epigrammatum et poematum, Amstelaedami 1759–1773
Bury, R. G., Notes on ... Varro, Sat. Menipp. (Eumen. 16, 17), CR 9, 1895, 156
Canterus, G., Nouarum lectionum libri VII, Basileae 1566
Cardauns, B., Zu Varros Menippeen fr. 582–83B, Scritti in onore di Benedetto Riposati, Rieti 1979, 37–44
Carrio, L., Antiquarum lectionum commentarii III, Antuerpiae 1576
–, Emendationum et obseruationum libri II, Lutetiae 1583
